Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35073
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

reperta cognovi et scivi et vatici-
navi quod mea morte mori debeat
et multa comitatis permanent. Ego
autem habui medicinam verissi-
mam et ipsius confectionem ad om-
nem infirmitatem expellendam de
corporibus humanis et omnium aliarum
rerum. Et habui demonstrationem
totius philosophie et scientie super terram parte
mundi. Unde omnes qui habent
scientiam huius rei habent scientiam totius
mundi quia medicina vera vel
nostra comparatur mundo. De qua dixit
Hermes: Tres partes habeo totius
sapientie mundi, non negligas ergo
nobilissimum hoc archanum honoris
et veritatis quia hominem ornat
moribus ditat divitiis expellit
paupertatem corporis et coluerint con-
servat sanitatem. Istum autem
librum nominavi rosa novella
quia est novus et carissimus inter
alios libros huius artis et verissimus
omnium aliorum. Liber iste aperte et
sermone explicat. Si bene
legas et bene intelligis. Quia
nichil diminutum nec superfluum
est immo totum illud quod est
verum declaratur et resolvo secre-
tum rogans te reverendissime
domine ut ipsum secretum teneas
absconsum et alicui insipienti
non participes nisi amicis tuis
et non omnibus. Et si docueris
unum vel plures usque ad album

Et tunc sufficit album non doceas
ipsos rubeum nisi discernit ex
sua subtilitate credente ipsum divina.
Et in hac arte et in illo libro
quorum capitula per ordinem po-
nam ut omnia bene intelligere scias.

Liber primus

Rerum naturam dispon-
tes philosophi in hac arte
dixerunt huius scientia esse magisteria.
Primum autem magisterium est per
duo scilicet distillacio. Tercium contrario
contrarium per primum mutat natura
magis per secundum exterius per tertium
superius per quartum interius. Necesse enim
est ut mundetur per dissolucionem
hoc modo videlicet ut accipias
totum sine aliquo addita-
mento vel diminuto. Et pone
ipsum in fiala bene clausa. Postea
pone ad ignem lentum vel subtilis-
simo vel ad solem donec dissolvatur
quod fit in 8 diebus ut dixit
Morienus: dissolve lapidem in
octo qualitatibus quia quatuor quali-
tates fiunt octo. Et tunc fiet
dissolutum et nigrum subtili-
um sit fetidum in odore. Oportet
te mundare a feculentia terre
et aliorum impuritate toto posse
et hanc notaverunt philosophi plurimum
quod adornat per distillacionem hoc modo
ingenium quod est ut distilles